



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis  
vitae Christianæ**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1577**

**VD16 D 1959**

Inductio ad contemptum mundi ex zelo honoris diuini 11.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

308 D. DIONYS. CARTH.  
discurro, de vno in aliud? quid vago  
per multa? Nonne in te solo, o Deus  
sancte ac adorande, Deus fortis &  
glorioso, est omnium bonorum, om-  
niumque pulchrorum & desiderabi-  
lium perfecta possessio, incompre-  
hensibilis plenitudo, opulencia quomo-  
dolibet infinita? Quid ergo prestanti-  
us, quid amabilius te putavi, vt abstra-  
herem cor meum a te, & ad caduca il-  
lud conuerterem concupiscendo quic-  
quam extra & contra te? Vbi eram cum  
tecum non eram, quod defluerunt  
affectus mei cum te solum non deside-  
rauerunt: Deus vitæ meæ quam vanè  
consumpta & infructuosè dilapsa  
sunt tempora mea, in quibus sine fru-  
ctu vixi coram te. Verum deinceps  
immobilitetur anima mea in te, qua-  
tenus sicut desiderat ceruus ad fontes  
aquarum, ita desideret anima mea ad  
te Deus.

*Psal. 41.*

*Inductio ad contemptum mundi  
ex zelo honoris diuini.*

*Articul. XI.*

*1. Reg. 2.*

**Q** Vicunque glorificauerit me,  
glorificabo eum, ait Dominus.  
Qui

DE ARCTA VIA SAL. 309

Qui autem contemnunt nic, erunt ignobiles Ex Dei dilectione procedit & oritur zelus diuini honoris, seu ingēs affectio honorandi Deum. Quem zelum habebat Helias, cum diceret, Zelo zelatus sum pro Domino. Quo enim <sup>3. Reg. 19.</sup> ardentius Deum amamus, eo intentius cupimus ipsum venerari in omnibus, alios quoque ad Dei venerationē inducere. Etenim sicut Deus ratione suæ immensæ bonitatis est infinitæ amabilitatis, ita vt nullus poterit eum intantum diligere, quantum ipse est dignus amari, sed in infinitum hinc deficit, sic Deus ratione suæ maiestatis, dignitatis, ac sanctitatis immensæ, est honorabilitatis infinitæ, ita quod omnis creatura in infinitum occumbit ab exhibitione reuerentiæ, qua ipse Deus dignus est, quantum ex parte ipsius. Hoc viri sancti profundè pensantes, omnem conuersationem suam quantumcunque perfectam nullius arbitrantur momenti, Et vt dicunt doctores. Potius deberet homo mortē subire, quā vnū veniale peccatum, quantumcunque minutum committere: præsertim quum peccatum in quantum diuinæ derogat maiestati immensæ,

910 D. DIONYS. CARTH.  
immensæ, sit enormitatis quodam  
modo infinitæ. Quum itaque Deum  
tanto excellentius honoremus: quan-  
to dignitatis eius intuitu cuncta ca-  
duca, vana & transitoria cordialiter  
aspernamur, atque relinquimus: qua-  
tenus ab omnibus absoluti & exonerati,  
tota, pura ac libera mente diuinæ  
maiestatis venerationi & cultui in-  
sistamus, patescit, quod hi qui zelo ho-  
norandi Deum, mundum pro suis cō-  
temnunt ac deserunt, Deum eminent-  
ter honorant. Idcirco merentur ab  
ipso præclarissime honorari, glorifi-  
cari, extolli. Porro quo min⁹ se occupa-  
pat homo in multis, eo perfectius in-  
tentus est vniuersi altissimo, sicque su-  
blimius, diuturnius, atque syncerius  
laudibus Dei, & cæteris patriæ actibus  
valet vacare, cunctisque virtutibus or-  
dinate insistere. Dicit insuper Sa-  
lomon: Honora Deum de tua sub-  
stantia, & de primitijs frugum tua-  
rum. Si ergo ad Dei honorationem  
pertinet, partem aliquam exteriorum  
bonorum Deo offerre, vti que incom-  
parabiliter plus ad eius spectat ho-  
norem, omnia pro eius veneratione  
& gloria sponte deserere, & seipsum  
Deo

**Prouer. 3.**

DE ARCTA VIA SAL. 311

Deo totaliter ac deuote offerre. Quod agunt qui mūdum præfato modo cō-  
temnunt. Vt igitur possis diuinæ ma-  
iestatis cultui, venerationi ac laudi,  
quantum possibile est, incessanter in-  
sistere: in eius amorosa contemplatio-  
ne tranquilla mente quiescere, eius  
beatitudini filialiter eongaudere, om-  
ne temporis vitæ tuæ momentum vir-  
tuose expendere, opto te frater dilecte  
mundum plene despiciere, vniuersa  
hæc mutabilia nobili mente transcē-  
dere, ad honorandum Deum cordia-  
liter cōstare. Nonne infinita est vilitas  
& contemptibilitas huius mundi,  
comparatione summi & incommu-  
tabilis boni? Nonne demum putas in-  
dignū occasione occupationis terrene  
secularisq̄ vitæ, à diuinitatis obse-  
quio, ab honore diuino elongari aut  
impediri, & propter vanissimas mū-  
dana cōuersationis libertates, at-  
que illicitas actiones, à tam diuinis  
theologicarum ac cæterarum virtu-  
tum exercitijs abstrahi? Postremo si *1. Reg. 2.*  
modo nunc dicto glorificaueris Deū,  
despiciens mundum, vtique Deus ho-  
norabit te honore præcipuo, quemad-  
modum in Esaia habetur: Si glorifi- *Esa. 53.*  
caueris

caueris Dominum, dum nō facis vias  
 tuas, & non inuenitur voluntas tua,  
 tunc requiem dabit tibi Dominus, &  
 implebit splendoribus animam tuam,  
 tunc delectaberis super Dominum, &  
 sustollet te super altitudinem terrarum.  
 Hinc dicit sanctus Hilarius. Hoc potissi-  
 mum debeo Deo, vt eum omnis vir-  
 tus, sensus & substantia mea loquan-  
 tur. Ad hoc enim corpus & corporis  
 membra, animam & animæ vires à  
 Deo suscepimus, vt eum per hac om-  
 nia colamus ac veneremur. Propter  
 quod dicit Apostolus, Sicut exhibui-  
 stis membra vestra seruire immundi-  
 ciæ & iniquitati: ita nūc exhibete mē-  
 bra vestra seruire iustitiæ in sanctifi-  
 cationem. Hoc autem est Deum dig-  
 nissime honorare, facere ad eius ho-  
 norem quicquid possibile eique placitum  
 est, & tamen humiliter confiteri  
 quod dignum nihil agamus. Propte-  
 rea scriptum est: Glorificate Dominum  
 quātūcunq; poteritis, supua lebit. Sic  
 adhuc, maior est enim omni laude. Sic  
 ergo charissime te ipsum & omnia  
 tua, corpus & animam, interiora &  
 exteriora diuino obsequio mancipare  
 ne differas, ne Dei donis abutens,  
 per

*Hilarius.*

*Roma. 6.*

*Eccle. 43.*

DE

per h  
 Qui e  
 est.

Quod  
 pra

**M**

Si scir  
 viā sa  
 vanar  
 mus, s  
 genit  
 lute a  
 nāq; f  
 tia vt  
 mēsa,  
 rōne p  
 passus  
 te vni  
 fectus  
 mund  
 pro no

per hæc dæmoni & peccatis deseruias. *Iohan. 8.*  
Qui enim vitij seruit, dæmonis seruus est.

*Quod consideratio beneficiorum Dei,  
praesertim passionis Christi, ad  
mundi contemptum nos  
debet inducere.*

Art. XII.

**M**iserationū dñi recordabor  
laudē dñi sup omnib; q̄ red *Esaiæ 63.*  
didit nobis, & q̄ largit? ē no  
bis secundū indulgētiā suā.  
Si scire volumus. quanta solitudine  
viā salutis quærere atq; incedere, oīa  
vanamundi; gaudia spernere debeat;  
mus, sapienter pensemus, qd̄ ipse vni-  
genitus Dei, verus Deus pro nostra sa-  
lute assumpsit, fecit & pertulit. Quum  
nāq; sit ipse sapiētia Dei patris, sapien-  
tia vtiq; increata, æterna, genita & im-  
mēsa, nō sine cō digna causa & maxīa  
rōne pro nobis tanta assumpsit, egit &  
passus ē. Quoniā itaq; pro nostra salu-  
te vnicus Dei filius, Deus oīpotēs & p-  
fectus, humanā naturam assumpsit, in  
mundo tot cōuersatus est annis, tātos  
pro nostri instructione & redemptiōe  
labo-